



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

56. Quæ pœnitentia injungenda sit à Confessario ei, qui hominem  
necasset? Ex part. 5. tract. 4. res. 43.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

# De Satisfact. Sacramentali. Rel. LVI.&c. 341

intentionis obseruandi legem: in hac tamen materia satisfactio sacramentalis videtur ex alio capite requiri intentio: est enim satisfactio pars sacramenti; sed omnia sacramenta exigunt in adulto, ut validè recipiantur intentionem & voluntatem recipendi: ergo cum satisfactio sit pars sacramenti, non potest habere valorem in subiecto non solum non consentiente, sed dissentiente & resistente posse per voluntatem contrariam, qua vult non recipere sacramentum in illa actione.

2. Sed libenter ego contraria sententia adhæreo, quam vetus Sanchez in summa, tom. 1, lib. 1, cap. 1, §. 17, & Lugo de sacrament. pœnitent. disp. 25, scilicet 3, num. 37. Quia non semper requiritur intentio in fulcipe sacramentum eo tempore quo sunt omnia, quæ componunt sacramentum: unde dolor qui est pars sacramenti: potest haberisque memoria pœnitentia recipiendi sacramentum. Sic etiam dicit potest de satisfactione: nam illa postea non fit à pœnitentia tanquam à ministro operante nomine Christi; sed solum fit ex obligatione & debito propter sententiam & præceptum præcedens confessarij: ad hoc autem ut fiat aliquid ex debito & obligatione, non requiritur, ut fiat ex animo satisfaciendi illi debito. Ergo &c.

3. Hinc infert Lugo; quodlibet pœnitentis in ieiunio non recordetur pœnitentia imposita, adhuc satisfaci ieiunando ex devotione. Et si aliqui confessarius imposuit pro pœnitentia ieiunium, vel eleemosynam disiunctum, & ipse dederit eleemosynam cum intentione non adimplendi pœnitentiam per illam patrem, sed ieiunandi postea posset adhuc postea pœnitentis non ieiunare, quia reuera impletus disiunctum, quod à confessario impositum fuit ieiunare, vel dare eleemosynam.

## RESOL. LVI.

Quæ pœnitentia iniungenda sit à confessario ei, qui hominem accusat? Ex part. 5, tract. 4, Ref. 43.

§. 1. Ad hoc dubium ita respondet Comitus in respons. moral. lib. 4, q. 11, n. 8. Hæc meo quidem animo, falutaris esset, ut interfici propinquos supplicem le abiceret, delictique veniam deprecaretur, ut si idem illata damna sanciret, ut pro salute occisi singulis hebdomadis per annum integrum unum saltem sacrificium, si tantum ei sit in bonis, fieri cureret, ut singulis item hebdomadis eleemosynam aliquam pro illius anima totum annum largiatur eagentibus, ut per eundem annum aut litanias, si legendi gñarus sit, aut si ignarus beatissimæ Virginis Orarium, seu Coronam quotidie flexis genibus recitet; ut ostendam quod die per annum sacramento pœnitentia sua peccata expiat, & singulis mensibus Eucharistiam sumatur, in omni vita quotidie semel orationem Dominicam, & salutationem Angelicam pronunciet, terram genibus tangens pro anima occisi. Ita Comitus. Vide etiam Homobonus de casib. ref. p. 2, cas. 3.

## RESOL. LVII.

An si quis lucretur indulgentiam plenariam, liberamente ab implenda pœnitentia, medicinali imposta, à confessario? Et quid si pœnitentia non sit medicinalis? Ex part. 10, tract. 12, & Misc. 2, Ref. 47, aliás 46.

§. 1. Remanere liberum ab implenda pœnitentia satisfactoria \* alibi docui, quia confessarius imponit pœnitentiam, ut pœnam ad satisfaciendum pro peccato: sublatu debito totius pœnae, prout sit Tom. I.

per indulgentiam, cessat omnino fundamentum illius obligations: sicut si condonaretur à principe pena debita pro aliquo crimine, eo ipso cessaret obligatio imposta per sententiam Iudicis ad penam aliquam pro illo delicto subeundam.

2. Difficultas est, quod pœnitentiam medicina- Sup. hoc in lem. Et affirmatur respōdet Cardinalis Lugo de Pœnitentia, disp. 27, num. 23, dummodo hæc non sit sim- Rel. 1, not. pli citer necessaria ad vitanda peccata futura, q̄ iā tunc in Rel. 2, §. 2. ad lin. 4, & in Indulgencie non tolleres hanc obligacionem; cum §. Nec obstat, hæc obligatio non oriatur ex præcepto Confessarij, ad medium, & sapientia in adhærebit, ut & consequenter ad virtutem remedio: quod censetur moraliter necesse post mediū, ad vitandum peccatum, quam obligationem à veri. Dictus Confessarij non imponit, sed declarat. Ita Lugo; author. & in cui addit Patrem Leandrum de Sacram. tom. 1, tract. 5, to. 5, tr. 1, ex lata doctrina Refol. 201, in disp. 14, quæst. 17, 2.

3. Sed ego magis adhærebo negatiæ sententia, quam nouissimum tuerit Martinus de San Joseph, in colligendo Mon. Confess. tom. 1, lib. 2, tract. 7, de indulgentia n. 7. ubi sic ait: *El que gana la Indulgencia plenaria de la Bula, o por otra concesion, queda libre de cumplir qualquiera penitencia, que le aya impuesto su Confessor, porque aniendo impuesto ésta, como pena para satisfacer por los pecados; cesando toda la deuda de los por la Indulgencia plenaria que se ganó, cessa la obligación de la satisfacción impuesta por el Confessor. Y lo que mas es, que ésta definido, in capite Cum ex eo, de Pœnitentia & remissione donde se dice, que per Indulgencias eruntur pœnitentiae iniunctæ; desto traté atribuia en materia satisfaktionis Sacramenti Pœnitentiae, tractat. 27, num. 13, y llené, que por las Indulgencias no se quita la penitencia preservativa de los pecados, que ésta no obliga tanto por el precepio del Confessor, como por Derecho natural, por el qual deve el hombre emitir los pecados futuros; pero añade probablemente Lugo loco citato que también cessa la penitencia preservativa, como ne sea simpliciter necessaria, para emitir los pecados futuros. Yo siento, que acerada de qualquiere manere que pareze conueniente para emitirlos, no cessa por la Indulgencia plenaria, porque la razón dada convence esto: y la Indulgencia no tiene que ver con los remedios, que se aplican para emitir los pecados: & argumentum bonum non fit ex dissimilibus, lege Inter stipulat. 82, §. Sacram. verb. sed hoc dissimilia, ff. de verb. oblig. & a diuersis non fit illatio, lege Papinianus exuli, ff. de Minoribus. Huc vñque Martinus; cuius sententia ego vt dixi magis adhærebo tanquam communiori. Vide Caspensem in Curs. Theol. tom. 2, tr. 24, disp. 8, scilicet 6, n. 46.*

## RESOL. LVIII.

Quando pœnitentia imposta à Dataria pro aliquo matrimonii dirimente, impleri non potest, queritur, an possit commutari ab Episcopo, & contrahentes viri & virtute dispensationis obtente matrimonium inire? Et pro præz. huic questionis alia diuersæ difficultates in exemplum adducuntur. Ex part. 7, tract. 10, & Misc. 1, Relol. 9.

§. 1. Negatius responderet P. Thesaurus in praxi Sup. hoc in de pœnit. parte prima, cap. secundo, quia pœnitentia quæ debent præcedere actum dispensationis, sapient formam, & sunt loco compositionis. Sed aliquis posset dicere, quod dictæ pœnitentiae sapient formam, quando in propria specie adimpleri possunt, ita ut dispensatio ante adimplatas Ff 3 pœnitentia